MISSALE ZAGRABIENSE
Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh.
Seite 53r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cognoiatur hebreice beth
saida; quinque porticus hens.
In his iacebat multitudo
magna languentium,
cecorum claudorum aridorum;
expectantium aque motum.
Angelus autem domini secundum
tempus descendebat in
piscinam; et mouebatur aqua.
Et qui prior descendisset
in piscinam post motionem
aque; sanus fiebat a quacumque
detinebatur infirmitate.
Erat autem quidam homo ibi;
triginta et octo annos hens
in infirmitate sua. Hunc
cum uidisset ihesus iacentem
et cognouisset; quia iam multum
tempus haberet; dicit ei. Vis sanus
fieri? Respondit ei languidus.
Domine; hominem non habeo ut
cum turbata fuerit aqua
mittat me in piscinam.
Dum uenio enim ego; alius
ante me descendit. Dicit
ei ihesus. Surge tolle gra
batum tuum et ambula.
Et statim sanus factus est homo
ille; et sustulit grabatum
suum et ambulabat. E
rat autem sabbatum in illa
die. Dicebant ergo iu
dei illi qui sanatus fuerat.
Sabbatum est; non licet tibi
tollere grabatum tuum. Respondit
eis. Qui me sanum fecit;
ille mihi dixit tolle grabatum
tuum et ambula. Interroga
uerunt ergo eum. Quis est
ille homo qui dixit tibi tolle
grabatum tuum et ambula?
Is autem qui sanus fuerat effectus
nesciebat quis esset; ihesus enim
declinauit a turba con
stituta in loco. Postea in
uenit eum ihesus in templo;
et dixit ei. Ecce sanus factus
es; iam noli peccare ne
deterius tibi aliquid contingat.
Abiit ille homo et nunciauit
iudeis, quia ihesus esset qui fecit
eum sanum. Offertorium. Benedic
anima mea domino et noli obliuisci
omnes retributiones eius et reno
uabitur sicut aquile iuuentus tua.
Exaudi nos mi. Secretum.
Sericors deus; et men
tibus nostris gratie tue lumen